

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2277

Autre(s) référence(s) : Round 264

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1179-1182]

Lieu d'émission : Cherbourg

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Henri II, roi d'Angleterre, des biens de l'église Saint-Lô de Rouen, parmi lesquels le droit de foire et marché à Bréauté.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° VIII, p. 294-296.
- b. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XXXII.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCIII, t. 2, p. 205-206.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 264.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancti Laudi Rothomagensis et canonicis regularibus in ea Deo servientibus omnia subscripta que rationabiliter data sunt eis et concessa, videlicet : Brealtare cum ecclesia et decimis totius parrochie, et feiriam et forum in eadem villa que eis concessi cum consuetudinibus quas habent fora aliarum abbatiarum in Normannia, et feodum quod tenebat Willelmus de Brealtari de Willelmo de Roumara ; Arclou cum ecclesia et molendino ; unam prebendam in Burdeneio cum ecclesia et molendino et duas partes decime quas tenebat Symon de Burdeneio in dominio suo in eadem parrochia ; terram quam dedit eis Radulfus Waspail et pratum de Balneatorio Simonis a prato Bigoti cum

terra interjacente usque ad haiam, sicut carta Michaelis de Burdeneio testatur, quam inde habent ; et decem acras terre de feodo episcopi Luxoviensis, quas emerunt et tenent de abbacia Mortui Maris, secundum testimonium carte quam de eadem abbacia habent ; ecclesiam de Blovilla cum decimis ; ecclesiam de Maisnillo cum decimis ; decimas de Aqua Pluta et de Escura ; medietatem ecclesie de Agon et cimiterii, cum medietate decime totius parrochie ; medietatem ecclesie de Casteneio cum duabus partibus decime de feodo Rainaldi de Casteneio ; ecclesiam de Rapheto cum omnibus pertinentiis suis et decimis totius parrochie ; ecclesiam Sancti Johannis de Rothomago et decimas de feodo episcopi Baiocensis in Rothomago ; in festivitate Sancti Laudi, de domino Normannie, unum cervum et .VI. solidos in moneta ; unum aprum in festivitate Sancti Rumpharii, et decimas quasdam in Rothomago et circa, et duas acras prati apud Cruisset, de feodo unius monetarii ; et .LX. solidos quos dedit eis Radulfus, filius Stephani, in molendino suo de Carevilla ; in Rothomago, de Radulfo, filio Roberti, .LX. solidos ; de uxore ejus Maria, .LX. solidos ; de Johanne de Bellomonte, .LX. solidos de redditibus Rogeri Groinet ; de feodo Johannis Goebout, .LIII. solidos ; de feodo Radulfi de Bellomonte, .XLII. solidos, et alios quosdam parvos redditus. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et canonici ibidem Deo servientes omnia supradicta et omnia alia que rationabiliter eis dabuntur habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in denariis et aliis redditibus, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus : Gaufrido, Eliensi, Bartholomeo, Exoniensi, Henrico, Baiocensi, Ricardo, Abrincensi episcopis ; Willelmo de Humeto, constabulario ; Willelmo, filio Radulfi ; Hugone de Creissi ; Roberto de Stutevilla ; Ricardo Giffard ; Gilleberto Pipard. Apud Cesaris Burgum.